



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici
Doctiss. Sacrae || Theologiae & Iuris Canonici Doctoris ||
celeberrimi, ac Ecclesiae Ham-||burgensis quondam
Decani**

Krantz, Albert

Coloniae, 1574

Capvt XXXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11453

niam humilimè deprecatus. Interea Phrisones ab Theoderico Flandrensi, Arnulphi Gandauensis filio, oppugnantur, ad necem patris, quem oppresserant, vindicandam. Imperator illi adiungit Gotfridum quendā, quem nupèr creauerat Lotharingia & Brabantia ducem. Cumq; congressi manus conseruissent, vox insonuit, (incertum vnde) Fugite, fugite. Non poterant nō terri ducalēs, qui se diuinitus admoneri sunt arbitrati. Illic in fugam conuersi, multi à paucis Phrisonibus ceduntur: Dux capitur, & in redemptionem suam Imperatorem illis reconciliari institit & perfecit, qua conditione relaxatur. Rodolphus autem rex Burgundia, insolentis suorum Burgundionum fatigatus, deliberauit regnum Henrico Imperatori submittere: quod cum proceres intelligerent, simulata illum satisfactione placantes, ab ea intentione tum reuocauerunt. Inde Imperator natalem diem Coloniae celebrans, Heribertū archiepiscopum, olim à se malè habitum, satisfactione placauit. Cui reconciliatus archiepiscopus edixit se propediem moriturum: quod & factum est, claruitq; mortuus miraculis.

CAPVT XXXIII.

ERat inter alia Henrico Imperatori bellum in regem Poloniae Boleslaum, quem secundus, & ut alij scribunt, tertius Otto corona donauit. Is iugi bello tonabat in proximos Saxones: aliquandò excursionem producens ad consinia Magdeburgi. Imperator, assumpto rege Vngariae Stephano sororio suo, mouit in Polonum, & commisso praelio, altera post Bartholomaei die, perpulit regem imperata facere. Inde Verbenam conuersus, Scandalis congregitur, qui ad mare Germanicum accolunt. Arcem Arnsborg extruens,

R 4 & du-

& duos gentis principes captos, in poenam perfidia, in
 Doolmerstede sublimi fecit appendi. Sed Boleslao rege
 Polonia in fata concedente, filius eius Mistrwoi rebel-
 lionem renouauit: tributa pernegabat, nec vlla curam
 facere imperata. Duxit in illum quoq; Henricus Im-
 perator, & armis perdomitum, docuit nō temere Ma-
 iorum cōstituta. Renouabat ille Imperatori sacramen-
 ta, & iam reconciliatus, orabat auxiliū in Rusos. Im-
 perator illi Saxones permisit, quibus in societatem ar-
 morum assumptis, longa expeditione gentem aggredi-
 tur, & victor legem imponit, vt essent Christiani: Ec-
 clesia tamen Orientali se potius quā Romana Occi-
 dentali conformarunt. Memoranda plurima vidit haec
 aetas. Chorizantes in Colbeke villa Halberstaden si in-
 lenter sacra nocte Dominica Natiuitatis, in cœmeterio
 sancti Magni, iuuenes & viri cum foeminis, inconci-
 nis clamoribus ebrj duxere choreas: Rogati à sacerdo-
 te sacra facturo, nē diuinum officium interrumpent,
 nihil fecere minus. Ille ad impatientiam versus, corre-
 ptusq; zelo & indignatione diuina iniuria & contem-
 ptus in religionem: Quando, inquit, mecum diuina re-
 ligio contemnitur, sit vobis circuitus ille annalis. Exinde
 vltio diuina cōtumaces insequitur: Sine cessatione, sine
 vlla quiete, per dies & noctes, absq; cibo gyrabatur: dis-
 serū spectaculū, dum rotarētur gyrātes. Stupere qui
 viderant: Aliquot sancti viri interposita prece orabant
 pro illis: nihil minus gyrabant. Sororē suā quidam ex-
 tracturus de circulo gyrantum, brachium fertur euul-
 sisse: illa perseuerabat gyrans. Impresere alta terra ve-
 stigia, quod neceffe fuit. Anno demū euoluto quiente-
 re. Maior pars spiritum efflauit. Pauci qui supersuere
 recreati, insigni se poenitentia macerarunt.